alias coniunctiones domus cum et de
claratum sit quomodo reges et principes
et universaliter omnes cives se habere
debeant ad suas coniuges et quomodo cum
eis debeant conversari Imponatur
finis prime partis huius libri secundi in qua
agitur de regimine coniugali Videtur

vincere

tm alicui forte nō sufficiet esse
tradita notitiā regiminis nuptial
eo q nō osum sit ad que opa
sint coniuges ordinande si eni inde
cens est eas otiosas esse ut supius
dicebat distribuēda sunt opa que
decet ipās coniuges exercere qua
de his infra dicetur volumus
ea hic silentio ptrire. Incipiunt
capitula scḋe ptis 2i libri rubr

Qd decet oms pntes circa ppos
filios esse solicitos. Qd maxie
decet reges et pncipes solicitari
circa ven filiorum. Qd regim pa
ternale sumit originem ex amore
et q nō eodē regimine decet regi
filii quo regendi sunt servi. Qd a
mor q decet esse int patrem et filiu
sufficient indicat patres regere
debē filios et filios obedire patribus
Qd decet oms cives et maxie
reges et pncipes sic solicitari circa
ven filiorum ut ab ipa infantia
instruant in fide. Qd decet oms
cives et maxie reges et pncipes
sic solicitari circa filios ut ab ipa
infantia bonis moribus imbuant
Qd filii nobiliu et maxie re
gum et pncipum ab ipa infantia
sint tradendi litteralibus disciplinis
Qs lras decet addiscere filii
nobiliu et maxie regu et pnci
pu Qlis decet esse mgr q filiis
nobiliu et maxie regu et pnci
pu est pponendus Qlit circa loq
lam visum et auditu instendi sunt
iuvenes Quot modis peccatur circa
cibu et qlit se debent hre iuvenes
circa ipm Qualiter instendi sunt
pui ut se heant circa potu et circa
venerea et circa coniugia contrahenda
Qlit iuvenes in ludis ingestis
et in vestitu se debent hre Qd
i etate iuvenili maxie cavenda e
prava societas Qualis cura ge
renda sit in pueris a pncipio natiuitatis
usq ad septimu annu Qualis cura
hnda est de filiis a septimo ano usq
ad nonu Qualis cura gerenda sit de
filiis ab ano qrtodecimo et deinceps
Quod nō oms iuvenes extendi
sunt eqlit ad corporalia exercitia et la
bores Qd filie civiu et maxie
regu et pncipu a discursu et eva
gatione sunt cohibende Qlit oms
cives et maxie nobiles reges et
pncipes debent solicitari circa filias
ne velint vivere otiose Qd decet
reges et pncipes et universalr oms
cives solicitari qa filias ut sit mo
debito taciturne Cam pm qd decet
oms pntes circa ppos filios ee solli
citos

EXPEDITA PRIMA
pte huius scḋi libri qa
determinatu est de regi
mine nuptiali Restat exeq
de scḋa in qua agitur
de regimine paternali. Nō eni sufficit
patrifamilias coniuge rege nisi no
verit filios debite gubernare. Sci
endu igitur q cu coniunctas viri et
uxoris dnī et servi ptineat ad primā
domus ptem. Comunitas vo patris
et filii ptineat ad domu īa pstam
Ideo forte videtur aliter stati post
determinatiōem de regimine nuptiali de
terminandu est de regimine servorum
Vm qa ut dr 1o pol yconomie
est maior solicitudo circa hoies qm circa
possessionem inanimatorum et circa liberos
qm circa servos. Ideo decrevimus po
determinare de regimine filiali qm
servili tangi de eo circa qd esse debet
amplior cura. Indeterminando quid
de regimine filiorum primo ostende vo
lumus q decet oms pres circa filios
esse solicitos. Nam cognita solicitu
dine que est int filios hnda mag
incitabunt pntes ut suos filios
bn regant. Possumus aut tripli
ci via venari q decet huiusmodi solicitudinem
hre pntes. Prima sumit ex eo
q patres sunt causa filiorum et filii
sunt ab eis esse. Sca sumitur ex eo q
sunt supiores et pstantiores illis. Tertia
vo ex eo q int eos decet esse amicitia
naturalis. Prima via sic patet. Nā
sicut i naturalibus rebus aspicimus q

nunquam natura dat esse alicui nisi sit solli-
cita circa ea per que illud valet conser-
vari in esse. Ut si natura dat esse igni
statim est sollicita dare ei levitatem
per quam feratur sursum eo quod in loco su-
periori magis habet in esse conservari quam
in inferiori. Sic etiam si natura dat anima-
libus esse et quia animal sine cibo conservari
non potest statim est sollicita dare anima-
libus ora et alia organa per que possunt
sumere cibum et nutrimentum. Quare si
patres sunt causa filiorum et filii etiam
a patribus naturaliter esse habent debent patres
curam habere filiorum et solicitari
erga eos ut inveniant eis illa per que
possunt bene vivere et per que valeant
conservari in esse. Secunda via ad investi-
gandum hoc idem sumitur ex eo quod
patres sunt prestantiores filiis et debent
eis preesse. Naturaliter enim superiora semper
influunt in inferiora et ea regu-
lant et conservant. Videmus autem
semper celestia corpora influere in hec
inferiora et ea regere et conservare.
Quare si naturale est ut superiora et per
eminentiam inferioribus influant
et ea regulant et conservant debet
quilibet dominantem et preeminentem
solicitari quomodo per debita auxilia in-
fluat et gubernat ut subveniat suis
subditis et quomodo eas regulet et con-
servet. Unde et ipse deus qui singulis
rebus preest habet sollicitudinem et providen-
tiam ipsius totius universi. Patres
ergo eo ipso quod naturaliter presunt filiis
debent circa eorum regimen esse soliciatos.
Tertia via sumitur ex parte amoris
naturalis qui est inter parentes et filios.
De ratione enim amoris est ut soli-
citet amantem circa rem amatam. Quilibet
enim solicitatur circa dilectum. Quare
cum inter patrem et filium sit amor
naturalis ut probatur viii° ethicorum debent
patres ex ipso amore naturali quem habent
ad filios solicitari circa eos. Capitulum
ii. Quod magis debent reges et principes
sollicitari circa regimen filiorum.

Licet omnes patres debeant soli-
citari circa proprios filios ut patet
per rationes superius assignatas
maxime tamen debent reges et principes
talem sollicitudinem gerere. Quod triplici
via venari possumus. Prima sumitur
ex eorum maiori intelligentia. Secunda
ex ampliori bonitate filiorum. Tertia vero
ex eminentiori utilitate regni. Prima
via sic patet. Nam secundum philosophum
in libro de animalibus intelligentibus quod ma-
iorem habent sollicitudinem circa filios. Naturale
est enim quodlibet diligere sua opera
ut innuit philosophus in ethicis. Unde et patres naturaliter
diligunt suos filios et poete sua
poemata tanquam proprium opus. Quanto ergo
aliquis est intelligentior et magis
cognoscit proprium opus tanto maiori sollicitudine
et dilectione movetur circa illud. Patres
ergo tanto magis debent soliciatari
circa filios quanto prudentiores sunt et
quanto maiori intelligentia vigent.
Sed cum habitum sit quod reges et principes
et universaliter omnes dominantes si debeant
dominari oportet quod polleant prudentia et
intellectu tanto tamen debent reges
et principes soliciatari circa proprios filios
quam ceteri quanto in eis magis vige-
bit mentis industria et prudentia
regnativa. Secunda via ad investigan-
dum hoc idem sumitur ex bonitate filiorum.
Debent enim filios regum et principum
maiori bonitate pollere quam alios quia
secundum philosophum iii° politicorum secundum quod aliqui
sunt in maiori statu et in altiori
dignitate sic debent meliores esse
et esse magis perfecti scientia et bonitate
et virtutibus. Congruum enim est ut
qui alios regere cupit et sit adeo prudens
et bonus ut ceteri ex ipso possint
sumere vivendi exemplum. Filii igitur
regum licet non omnes sint reges tamen
quia singuli constituuntur in aliquo principatu
et in aliquo dominio in quo oportet eos ali-
os gubernare maxime debent eos
esse prudentes et bonos. Sed tamen
filii pervenient ad maiorem dignitatem
bonitatem et prudentiam si patres circa eos
sint solliciti quam si circa ipsos se habeant
intelligenter. Tanto debent reges et
principes magis soliciatari circa proprios
filios quanto filii eorum debent pollere
maiori prudentia et ampliori dignitate

et bonitate. ¶ Tertia via ad hoc ostendendum sumitur ex utilitate regni. Bonitas enim regni dependet ex bonitate eorum qui sunt in regno, et maxime dependet ex bonitate principantium in ipso. Nam sicut sanitas corporis naturalis dependet a sanitate omnium membrorum, et maxime ex sanitate cordis et membrorum principalium, eo quod cor et principalia membra habent influere in alia et certificare ipsa, sic bonitas regni dependet ex bonitate omnium civium, et maxime tamen dependet ex his qui dominantur et principantur in regno. Utile est ergo toti regno habere bonos cives, sed utilius est habere bonos principantes, eo quod principantium sit alios regere et gubernare. Tanto ergo magis decet reges et principes sollicitari circa proprios filios ut polleant in moribus prudentia et bonitate, quanto maior utilitas consurgit ipsi regno ex bonitate filiorum regum, qui debent habere principatum et dominium in regno, quam ex bonitate et prudentia aliorum.

Capitulum tertium quod regimen paternale sumit originem ex amore. Et quod non eodem regimine debent regi filii quo regendi sunt servi.

Quia post tractatum de regimine coniugis determinandum est de regimine paternali, videndum est unde sumit originem regimen paternum et quo regimine regendi sunt filii. Sciendum igitur quod triplex est regimen. Nam omnis regens alios vel regit eos secundum certas leges et secundum certa pacta, et tale regimen ut superius dicebatur nominatur politicum vel civile; vel regit eos secundum arbitrium, et hoc potest esse dupliciter, quia vel sic regens intendit bonum proprium, et sic dicitur regimen despoticum vel servile; vel intendit bonum subditorum, et tale regimen dicitur regale. His autem tribus regiminibus, secundum quod videmus aliquos regnare in civitatibus et castris, assimilantur tria regimina reperta in una domo. Nam regimen coniugale assimilatur politico regimini, quia uxori, ut prius habitis tangebatur, non quis debet preesse simpliciter ex arbitrio, sed ei preesse debet ut requirunt leges matrimonii et ut postulant pacta debita et honesta que interveniant inter virum et uxorem. Regimen vero paternale assimilatur regimini regali. Nam filiis preest pater ex arbitrio, non secundum conventiones et pacta. Nam pacta et conventiones non interveniunt inter subditos et preeminentes nisi sit in potestate subditorum eligere sibi rectores. Non est autem in potestate filiorum eligere sibi patrem, sed ex naturali origine filii producuntur a parentibus. Non enim sic filii sibi eligunt patres et uxores viros. Quare cum regimen filiorum sit ex arbitrio et sit propter bonum ipsorum filiorum, huiusmodi regimen non assimilatur politico regimini sed regali. Unde Philosophus in primo Politicorum ait virum preesse mulieri et natis tanquam liberis, non tamen eodem modo principandi, sed mulieri quidem politice, natis autem regaliter. Tertium vero regimen quod in domo est, ut regimen quo regit familiam recta, assimilatur regimini dominativo. His autem sic consideratis maxime et manifeste apparent vera esse que in principio capituli proponebantur. Nam si pater debet preesse filiis regaliter et propter bonum ipsorum, cum amare aliquem idem sit quod velle ei bonum, pater debet preesse filiis et propter profectum ipsorum et quia vult bonum ipsorum. Constat ergo quod huiusmodi regimen sumat originem ex amore. Ex hoc ergo manifeste ostenditur quod non eodem regimine debent regi filii quo regendi sunt servi. Nam dominus preest servis propter bonum proprium, non propter bonum suorum. Hoc enim secundum Philosophum est preesse aliquibus serviliter: non intendere bonum ipsorum sed proprium. Pater vero debet preesse filiis propter bonum ipsorum filiorum. Ex ipsa ergo distinctione regiminum patet paternale regimen non esse idem quod servile, sed sumere originem ex amore. Tamen ut manifestius appareat quod dicitur, possumus duplici via venari paternale regimen trahere originem ex amore. Prima via sumitur ex ordine naturali, secunda ex ipsa perfectione patris. ¶ Prima via sic patet.

Nam sedm phm .2o de aia dedit vi
generatiua ut hui ut q no possut
ppetuari in seipis ppetuent in
suo sili Qre si regim patnu
ex hoc sumit origine qa filius e
naliter queda silit pcedes a pre
tu sedm nam ad huius filia sit
dilectio ex ipo ordine nali argu
ere possumus patnu regim ex
amore fundari et ex amore oriri
Sicut enim est in omnibus nalibus
impetus ad pducendu sile et ad
filios pcreandu Sic est i eis
nalis impetus ad eos diligendu
et pseques ad eos gubnandu et
regendu et ad hndu solicitudine
circa eos Est ergo hic nalis ordo q
regim et solicitudo patna sumut
originem ex amore ¶ Sa via ad
investigandu hoc ide sumit ex
ipa pfectione pris Na vnu qdq
pfcm est sedm phm qn pt sibi
sile generare Qre cu qlz sua pfcoz
diligat naliter pr diligit filiu
cu ipe filius sit qi quida testis
pfectois eius qa ergo pr nale amore
hz solicitatur ut ipm regat et gu
bnat qd no eet n patnu regim
ex amore nasceretur Viso q pat
nu regim ex amore nascitur patet
q filiis debet pesse pr ppt bonu
filiorum Non ergo regendi sut filii eo
dem regimine quo regendi sut sui
q suus quis peest pt bonu ppu
Si ergo contingat aliq vti filius
tanq filiis suis hoc e ex imp
fectione domus ut quia forte sit
paup q suorum copiam hre no
Vn et phs in vi pol ait q ege
nis necesse est vti mulieribus et
filiis tanq suis

Ca m qtum qualis amor qui debet esse int prem et filiu. sufficient ostendit q pres debent filios rege. et filios debere patribus obedire

Dicebatur in pcedenti cao patnale
regim sumere origine ex amore
videndu est igit qntus sit
amor patru ad filios et filioz
ad pres ut nobis innotescat quo
pres debeant filios regere et filii pa
tribus obedire Sciendu ergo sedm
phm viii eth triplice roem pbare
pntes plus dilige filios qua eo
prima via sumit ex diuturnitate tpis
Sa ex certitudine plus tcia ex vnioe
pntu ad filios Prima via sic
patet Nam quanto amor magis
durat tanto vehementior efficitur
Amor enim pntu ad filios diut
nior est q filiorum ad pntes Na
statim cu filii nascutur pntes dili
gut eos Non enim statim filii in
cipiunt dilige pntes qa no statim
sut tante cognitionis ut possit disc
nere quid sit diligendu Immo qa
pueri mox nati discne nesciut
pntes ab aliis no stati pamorez
afficiuntur sed p pcessu tpis qndo
pnt discne pntes ab aliis incipiut
eos dilige Diutinior est ergo
amor pntu ad filios q eor quasi
fortior et vehementior ¶ Sa via
ad investigandu hoc idem sumi
ex certitudine plus Na pntes mag
sut cti d sua ple q ples d suis
pntibus proles enim certificari no pt
qui fuerint pntes eius n ex quibusda
signis vel auditu Vt qa puer vi
det psonas aliqs magis affici ad
eu q alias, arguit eas esse pn
tes eius vl qa hoc audit ab aliis
ido sic et se putat In pri tn nat9
eius no est illius cognitionis ut pos
sit cognosce a quia mre pcedit vel
a quo pre pntes tn hnt cognitom
d ipa prole Ido magis pnt certi
ficari d ea q eo ppt qd et vehem
tius diligunt ipam q eo Na si int
filios et pntes est amor nalis tanto
huius amor erit validior quanto ap
pntes est maior certitudo d ple
Ex hac aut roe ostendi pt q et
mres plus diligunt filios q pres
qa d illis certiores existunt ¶ Tcia via
pbans hoc idem sumit ex vnione
pntu ad filios Na filii sut mag
ppinqui et magis vniti pntibus
q eo qre cu amor quada vni
one importat filii tanq magis

+ sed

vniti et magis propinqui parentibus ma
gis diliguntur ab eis quam econverso Sic
enim imaginatur philosophus quod filii sunt
quasi pars parentum Nam filius est quedam
pars a parentibus abscisa pars autem ma
gis vnitur toti quam comprehendit ab ipsa
quam totum vniatur parti quod ab ea comprehe
ditur non potest In toto enim est assignare
aliquid quod multum distat a parte sed
nihil est in parte quod multum distat
a toto Quare si pars mouetur ad amo
rem totius adeo non fuerit diligeret
ipsum quia videret in ipso toto aliqua
que multum distarent ab ipsa sed si totum
mouetur ad amorem partis vehe
mentius arderet ad ipsam quia nihil
aspiceret in parte quod non esset in toto
Filius quidem qui est quedam gleba
a parentibus decidens et quia est quedam
pars ipsorum nihil est in filio quod aliquo
modo non sit propinquum parentibus et quod
secundum aliquem modum non pertineat ad
illos filii tamen non sic mouentur vehe
menter ad dilectionem parentum quia quod est
parentum non sic pertinet ad filios et
per consequens non sic est vnitum eis
sicut quod est filiorum pertinet ad pa
rentes Ex his autem viis philosophi ut vide
sufficienter arguere possumus quod ad
parentes spectat sollicitari circa regimen
filiorum quia quilibet sollicitatus esse debet
circa ea que vehementi amore di
ligit circa filios vero pertinet obedire
parentibus quia quilibet illis vehementer obe
dire debet quos scit eum vehementer
diligere et non intendere nisi ipsius
bonum Sic ergo ex viis philosophi probare
possumus que in principio tali dicebantur
tamen ut magis specialiter appareat in
tentum Sciendum est quod licet pa
rentes magis afficiantur circa filios et
magis intendere velint bonum filiorum
quam econverso non est tamen inconueniens quantum
ad aliquid bonos filios magis dili
gere parentes quam econverso ut dicitur viii ethicorum
parentes diligunt filios ut existentes
aliquid ipsorum / filii autem diligunt
parentes quia sunt ab illis Amor ergo
parentum circa filios procedit a causa
et effectu et a superiore ad inferius

sed amor filiorum ad eos procedit ab
effectu ad causam ab inferiori ad
superius Naturale est ergo quod superiora fluunt
ad inferiora et conseruant ea Non
autem econverso Ideo parentes magis afficiuntur
ad filios ut influant in eos et ut
congregent eis bona ut possessiones
et numismata per que sufficiat sibi
ad vitam et conseruentur in esse Parentes
igitur congregant pro filiis et non econverso
ymo filii tamen possunt furantur et ra
piunt bona parentum Inferiora vero re
uerentur et sunt subiecta superioribus
non econverso Si autem queratur ideo filii
magis naturaliter honorant parentes et reuerentur
quam econverso Si autem queratur vtrum parentes
magis diligunt filios quam econverso tamen di
ligere aliquem sit idem quod velle ei bonum
distinguendum est de ipso bono Nam
si loquamur de bono vtili ut de numis
mate et de aliis que ordinantur ad
sufficientiam vite sic parentes magis
diligunt filios quam econverso quia congregant pro
eis non ipsi pro illis Sed si loquamur
de bono honesto quod est honor et re
uerentia sic filii magis diligunt
parentes quam econverso quia filii non possunt suf
ferre vituperia parentum Nam potius pa
rentes sustinent vituperia et contume
lias filiorum quam econverso Naturale enim est quod
et vsque ad auditum et contumelias
parentum non possunt sustinere Nam non sic
indignantur parentes de contumelia fili
orum quam econverso Viso quis est amor
inter patrem et filium quem parentes af
ficiunt ad filios ut congregent eis bona
sed tamen congregare aliis bona et circa
vitam eorum sollicitari sic eos regere
et gubernare ex amore quem habent parentes
ad filios debent eos regere et gub
nare sed tamen filii afficiantur ad pa
rentes tamquam ad eos quos volunt esse
in honore et in reuerentia tamen ho
norare et reuereri aliquem sit quedam
subici illi / sicut ex amore quem
habent filii patres ad filios debent eos
regere et gubernare sic ex dilectione
quam habent filii ad patres debent eis obe
dire et esse subiecti Patet ergo
quod quantum ad bonum quod est vtile patres

magis diligunt filios quam filii parentes. Sed quantum ad bonum honestum quod est honor et reverentia filii plus diligunt parentes quam econverso. Simpliciter tamen parentes plus diligunt filios quam filii parentes quia plus solicitantur et magis assidue cogitant de utilitate filiorum quam filii de honore et reverentia ipsorum.

Capitulum v. Quod decet omnes cives et maxime reges et principes sollicitari circa regimen filiorum ut ab ipsa infancia instruantur in fide

Videntur autem circa ipsi fidei convenire per triplicem viam venari possumus quod omnes cives et maxime reges et principes circa regimen filiorum sic solicitari debent ut ab ipsa infancia instituantur in fide. Fides enim primo supra racionem est et ea que sunt fidei racione comprehendi non possunt. Secundo ea que sunt fidei simpliciter sunt credenda. Tercio est eis firmiter adherendum. Prima via sic patet. Nam si fides supra racionem est et ea que sunt fidei racione comprehendi non possunt utile est ut in illa etate proponantur ea que sunt fidei in qua racio non querit dictorum sed simpliciter acquiescat dictis. Huiusmodi autem est etas infancie. Infantes enim cum eis a matre vel a patre proponuntur aliqua credenda non querunt racionem dictorum quia usum racionis non habent sed simpliciter acquiescunt dictis. Secunda via ad investigandum hoc idem ostendi potest. Nam ea que sunt fidei quia supra racionem sunt ideo eis simpliciter est credendum. Adherendum autem est his que sunt fidei ex auctoritate divina et ex simplici credulitate non ex perscrutacione racionis non tamen hoc inconveniens sit quod nulli dubium esse debet divinam prudenciam et eius auctoritatem perscrutacionem omnem humani ingenii superare. Ideo utilius auctoritati divine simpliciter creditur quam acquiescatur racionibus et demonstracionibus hominum. Si ergo ea que sunt fidei simpliciter sunt credenda convenit talia in illa etate proponi que sunt simpliciter creditiva. Talis est autem etas infancie. Nam ut in primo libro diximus cum tractavimus de moribus iuvenum iuvenes sunt simpliciter creditivi. Unde et 2o ethicorum dicitur quod iuvenes eruditi sunt solum a lege. Appellat autem ibi philosophus erudicionem a lege monitiones maternas et documenta illius fidei quam parentes tenent. Si enim in aliis legibus parentes sunt tam solliciti erudire proprios filios in his que sunt fidei sue et in his que pertinent ad eorum legem eo quod illa etas sit simpliciter creditiva tanto magis hoc debent efficere profitentes christianam fidem quanto lex nostra ceteras leges superat. Sola enim christiana lex est immunis ab omni errore totaliter. In ceteris enim legibus sunt falsitates aliis annexe. Tercia via ad hoc probatur cum sumitur ex eo quod his que sunt fidei est firmiter adherendum. Videndum autem quod consuetudo est quasi altera natura ut dicitur in libro de memoria et memorato et de re militari. Racio huius assignatur in ethicis ubi dicitur quod natura est semper consuetudo sepe autem propinquum est ei quod est semper consuetudo propinqua est nature. Quanto ergo aliquid magis est consuetum tanto magis vertitur in naturam et tanto fervencius adheremus illi. Cum ergo magis simus assuefacti ad ea circa que in ipsa infancia insudamus quam ad alia et propter hoc magis adheremus illis et firmiter et absque hesitacione adherere possumus his que sunt fidei talia proponenda sunt nobis ab ipsa infancia. Unde et philosophus 2o ethicorum volens probare consuetudinem magne efficacie esse ait tu potes scire quantum facit consuetudo considerando in legibus in quibus iuvenes fabulas et apologos magis applicabiles animo quam sint veritates. Si ergo leges gentilium continentes multas fabulas et apologos et multa falsa et derisoria sunt sic applicabiles animo si primum ab infancia assuescant illis ut firmiter adhereant fidei christiane que sola

est catholica et orthodoxa ab ipa infancia ea que sunt fidei sut uinctibus pponenda Vin di stincte articulos fidei cognoscere et subtiliter ea que sunt fidei ptractare spectat ad clericos doctores in struentes alios in ipa fide quam subtilem ptractationem layci et maxime pueri scire non pnt sufficiat quod eis clia pponatur grosse et quadam ut eis dicatur quod vnus est deus omnipotens creator omnium quod est pat et filius et spus sctus quod adam primo pre peccante in humano genere infecto dei filius ut nos redimeret assumpsit carnem in bta virgine et est natus ex ipa quippe dei filius pt pita nra fuit passus mortuus et sepultus quod descendit ad inferos et eduxit ibi captiuas aias ibi existentes quod tercia die resurrexit a mortuis quod ascendit in celum sedet ad dexteram dei pris omnipotentis Qui iterum venturus est in iudicium et omnes resurgemus et stabimus ante tribunal eius reddituri de factis ppriis rom ita quod qui bona egerunt ibunt in vitam eternam qui vero mala in ignem eternum Debent ergo omnes homines solicitari circa pros filios ut ab infancia instruant in fide tanto tamen magis hoc decet reges et principes quanto ex fuore fidei ipsorum pt maius bonum osequi religio xpiana et ex eorum tepiditate pt ei maius pculum imminere Cam vi quod decet omnes ciues et maxime reges et principes sollicitari circa filios ut ab infancia bonis moribus istruantur

Quanto nobilior est aia in corpore tanto omnes ciues et maxime reges et principes magis solicitari deberent ut proprii filii sint pfecti in aia quam in corpore Si ergo solicitantur circa hereditatem et circa numismata ut possint subuenire filiis quantum ad indigenciam corporalem multo magis solicitari debent ut habeant pfectam aiam et ut virtutibus et bonis moribus imbuantur Et quamuis tamen existit bonum non debet per negligenciam pteriri sed ab ipa infancia instruendi sunt pueri ut relinquentes lasciuiam sequantur bonos mores possumus autem quadruplici via venari quod ab ipa puilitate instruendi sunt pueri ad bonos mores Prima sumitur ex naturitate delectationis Secunda ex defectu rationis Tercia ex pronitate male inclinationis quam habemus ad malum Quarta ex vitatione opposita habitus Prima via sic patet Nam secundum phm i ethicorum adeo connaturale est nobis delectum quod ab ipa infancia delectari incipimus Vnde et pueri statim delectant cum incipiunt sugere mamas Si ergo ab infancia tenera quottidie nobiscum creuit autem connaturalitate sciencia delectabilium ab ipa infancia est tali connaturale resistendum ergo ex ipa conaturalitate delectationis statim cum pueri sint sermonum capaces sunt instruendi ad bonos mores et debet eis fieri monitiones debite Secunda via ad inuestigandum hoc idem sumitur ex rationis defectu Nam tanto aliqui sunt magis monendi ad bonos mores quanto magis incitantur ad lasciuiam et magis sunt passionum insecutores Sed ut patet per phm in ii ethicorum in iuuenili etate maxime sunt homines lasciui passionum insecutores ergo tunc maxime est adhibendum ut per monitiones debitas et correctiones conuenientes retrahantur a lasciuiis quare cum rationis concupiscencias et lasciuias refrenare quanto aliquis magis a ratione deficiat tanto magis inclinatur ut sequatur passiones In iuuenili ergo etate sunt pueri instruendi ad bonos mores quia tunc magis ab usu rationis deficiunt et sunt magis passionum insecutores Tercia via sumitur ex pronitate qua habemus ad malum Sicut cum aliquis sit pronus ad aliquid contra ipsum multum assuescere in gerum ne inclinetur ad

illud. Ut plurimum enim homines secundum
mores sunt virga quedam inclinata
ad malum. Unde et philosophus circa finem
secundi ethicorum hoc modo docet nos dirigere
ad bonos mores quo dirigitur virga
tortuosa. Volens enim tortuosam
virgam rectificare inclinat eam ad
partem contrariam valde quia sic incli
nata redit ad medium et ad rectitu
dinem. Sic et nos quia obliquitatem et
pronitatem habemus ad malum et ad de
lectationes illicitas debemus per multum
tempus ab illicitis delectationibus ad
hibere abstinere ut possimus hanc
pronitatem vitare. Ymo sicut virga
rectificanda ad partem contrariam ultra me
dium inclinatur ut possit ad medium
redire. Sic et nos in fugiendo de
lectabilia debemus ultra medium nos
facere ut debemus etiam multas licitas
delectationes cavere ut facilius ab
illicitis abstinere possimus. Si ergo tan
tam pronitatem habemus ad malum et
etiam nos sic per longa tempora assuescere ad
contrarium ut ad bonum et facilius hanc
pronitatem vitare possumus est ab ipsa
infancia inchoandum ut relinquentes
lascivias sequamur bonos mores
licet est utique deffendendum. Tercia
via sumitur ex vitacione habituum contrariorum.
Nam quia iuvenes molles sunt
et inductiles si sine freno sequuntur
lascivias statim imprimuntur in eis
habitus viciosi sicut in cera molli et
ductili statim imprimitur forma
sigilli. Ne ergo iuvenes informentur
habitibus viciosis statim ab ipsa in
fancia sunt monendi et corrigendi
ut per monitiones debitas et correc
tiones a lasciviis retrahantur. De
cet ergo omnes cives et maxime re
ges et principes sollicitari circa filios
ut ab ipsa infancia inuitentur ad
bonos mores, tanto tamen hoc decet
magis reges et principes quanto boni
tas filiorum est utilior ipsi regno
et quanto ex ipsorum malicia potest
in regno magis periculum imminere.

**Capitulum viii. Quod filii nobilium et ma
xime regum et principum ab ipsa infan
cia sunt tradendi litteralibus
disciplinis**

Licet deceat omnes homines co
gnoscere litteras ut per eas pru
denciores effecti magis pos
sent illicita precavere, videntur tamen
aliqui licitam excusationem habere si
non insudent studio litterarum. Hii
autem sunt pauperes non habentes necessaria
vite quia si retrahantur a litteralibus disci
plinis ut querent sibi necessaria vite
videntur excusabiles esse. Nobi
les autem et maxime reges et principes
in divitiis et in possessionibus
abundantes omnino reprehensibiles
existunt si non sic sollicitantur circa re
gimen filiorum ut etiam ab ipsa infancia
tradantur litteralibus disciplinis. Quod autem
in studio litterarum sit ab ipsa infan
cia inchoandum possumus triplici
via venari. Prima via sumitur
ex parte eloquencie, secunda ex parte atten
cionis, tercia ex parte perfectionis que
est ex sciencia acquirenda. Decet enim
volentes litteras discere litterales sermones
scire distincte proferre. Decet et
eos esse attentos et studiosos circa
ea que in litteris traduntur. Tercio decet
ipsos secundum modum sibi possibilem
ad perfectionem sciencie pervenire. Prima
via sic patet. Nam videmus in ydi
omatibus vulgaribus quod raro quis
potest debite et distincte proferre
aliquod ydioma nisi sit in eo ab in
fancia assuetus. Qui vero etate perfecta
transtulerunt se ad partes longinquas
ubi ydioma differt a materno
etiam si per tempora illa in partibus illis ex
istant vix aut numquam possunt recte
loqui linguam sed ab incolis illius
terre semper cognoscuntur ipsos fuisse
advenas et non fuisse in illis partibus
oriundos. Si ergo sic est in ydio
matibus laycorum multo magis
hoc erit in ydiomate litterali quod est
philosophicum ydioma. Videntes autem philosophi
nullum ydioma vulgare esse comple
tum et perfectum per quod perfecte possent ex
primere virtutes rerum et naturas et
mores hominum et cursus astrorum

et alia de quibus disputare volebant
invenerunt sibi quoddam proprium idioma littera
le quod constituerunt adeo latum et co
piosum ut per ipsum possent omnes
quos vellent conceptus sufficienter
exprimere. Quare si hoc ydioma adeo
est completum et ydiomate non possu
mus perfecte et distincte loqui nisi ab ipsa in
fantia assuescamus ad illa ex parte
eloquentie scilicet ut recte et distincte
loquamur ydioma latinum Si volumus
litteras discere debemus ab ipsa infantia
litteris insudare Secunda via ad investi
gandum hoc idem sumitur ex parte
attentionis et fervoris quod est in studio
adhibendus Nunquam autem quis bene stu
det nisi sit fervens et attentus
circa studium Cum ergo consuetudo sit quasi
altera natura et tamen secundum philosophum in politicis nobis
magis placeant illa opera ad que sumus
ab ipsa infantia assueti quia quilibet
est magis intentus et fervens circa ea
que sunt magis placita ut possumus
esse magis attenti et ferventes circa
officium litterale ab ipsa infantia in
sudandum est litteralibus disciplinis
Tertia via sumitur ex parte perfectionis
que est in scientia acquirenda Nam raro
aut nunquam quis pervenit ad perfectionem
scientie nisi quasi ab ipsis cunabulis va
care incipiat circa ipsam Nam licet
intelligentie ab ipsa creatione create
sint bene disposite ad intelligendum et
ad cognoscendum naturas rerum homo tamen est
male dispositus ad capiendam discipli
nam Licet enim unus homo sit melioris
ingenii quam alius universaliter tamen homines
male nati sunt ad sciendum quia nostra
cognitio incipit a sensu et a posteriori
bus Unde et philosophus in primo de anima vult
quod anima plus temporis apponat circa scien
tiam quam in scientia Per multum enim temporis
quis insudat studio antequam pervenire
possit ad perfectionem scientie Quare si
vita nostra est brevis et artes et scientie
sunt difficiles et longe et homines
communiter sunt male nati ad capiendum
scientiam Si volumus ad scientiam aliquam
pervenire debemus ab ipsa infantia
et quasi ab ipsis cunabulis inchoare

decet ergo omnes nobiles et maxime
reges et principes si volunt suos filios
recte et debite distincte loqui litterales
sermones et si volunt eos esse ferventes
et attentos circa ipsos et pervenire
ad aliquam perfectionem scientie ab infantia
eos tradere litteralibus disciplinis Nam
ut supra dicebatur Nullus est naturaliter
dominus nisi vigeat prudentia et intellectu
tanto magis decet filios regum
et principum ab ipsa infantia insudare
litteralibus disciplinis quanto decet eos
intelligentiores et prudentiores esse ut
per hoc possint magis naturaliter dominari
Possent enim ad hoc et alie rationes
adduci Nam nisi princeps non viget pru
dentia et intellectu de facili convertitur
in tirannum quia non curabit de operibus
virtutum sed appetiabit numismata
et exteriora bona ultra quam decet Erit
ergo tirannus et populi depredator Ne
ergo filii regum et principum sic ponantur
in aliquo dominio transeunt decet eos
ab ipsa infantia insudare litteris ut
vigere possint prudentia et intellectu

Capitulum VIII Quas scientias addiscere decent filii nobilium et maxime filii regum et principum

Septem scientias esse
famosas apud antiquos antiqua
auctoritas protestatur huiusmodi autem
sunt Gramatica dyaletica rethorica
musica arismetica geometria
astronomia Has omnes vocat liberales
eo quod filii liberorum et nobilium po
nebant se ad illas Addiscebant enim
primo filii nobilium gramaticam Nam
secundum alpharabium inventa est ne
erretur in lingua nec peccetur
in sermone Addiscimus enim per gramaticam
ydioma latinum quod est ydioma philosophorum
Sub illo enim sermone philosophi sua studia
tradiderunt quare si per nos metipsos
non sufficimus ad inveniendum omnia
scientifica sed indigemus ad hoc
auxilio philosophorum et doctorum expedit
nos scire ydioma illud in quo doctores
et philosophi sunt locuti Et quia hoc
scitur per gramaticam ideo gramatica inter
liberales scientias est computata quia
filii liberorum et nobilium intendebant

in ipā Sc͞a libe͞ralis sciā dē͞ esse dya
letica que docet modū arguēdi et
opponendi Nam modꝯ sciēdi ne͞c
est ut p debita argumēta et de
bitas rōnes manifestemꝰ ꝓpositum
Ozt ergo inuenire aliquā sciam doce
tem modū q formāda sūt argu
mēta et rōnes Nam ni modū ar
guendi sciremꝰ possēmꝰ i argu
endo peccare et p ɔsequens decipi
credēmꝰ enī aliqn bn̄ ɔcludere et
ɔcluderemꝰ falsū eo q ignorarēꝰ
arguendi modū Sicut ergo necc͞ria
est gramatica q est directio lingue
ne in loquendo erret sic scdm al
phorabiū necc͞ria est dyaletica q
est directio et intellectꝰ ne erret
in arguēdo Tcia sciā dē libe͞ralis
q est rhetorica Est aūt rhetorica
ut innuit phs i rhetoricis suis
qsi quedā grossa dyaletica Nam
sicut fiende sūt rōnes subtiles
in scienciis nālibꝰ et in aliis sciis
speculabilibꝰ sic fiende sūt rōnes
grosse i sciencis morālibꝰ q tractāt
de agibilibꝰ ꝙre sicut necc͞ria fuit
dyaletica que docet modū argu
endi subtilem sic necc͞ria fuit
rhetorica q est qsi quedā grossa
dyaletica docēs modū arguendi
grossū et figurālem hec aūt necc͞ria
est filiis liberoꝝ et nobiliū maxe
filiis regū et pncipū quia hoꝝ
est gubernari int gentes dirigere pplō
qui nō pt capere nisi rōnes gros
sas et figurāles Quarta sciā libe
ralis dē musica ut scdm phm viiiᵒ
eth pol' dē ipis iuuenibꝰ ɔuenit
et maxie filiis liberorū et nobiliū
pt rōnes multas quaꝝ una qa puer
nihil tristabile sustinere possunt ꝙre
si dent eis aliq delectabilia ɔcedi
dignū est q ordinantur ad delecta
tiones i nociuas Quarte scdm eundē
phm musica est ɔsonantea nāe
iuuenū qa ht i nociuas delecta
tiones Scda racio ad hᵒ idē est
esse pt qa ut phs innuit in eodē
octaᵒ pol' Mens huāna nescit oci
osa esse Ideo ut vitet ociū bonū
est aliqn int ponere delectationes
musicales q sūt i nociue et licite
Maxie ergo hoc decēs est filiis libe
rorū et nobiliū q nō uacantes
i mechanicas artibꝰ remanent
ociosi ni studierit lralibꝰ discipli
nis et ni suis opācōis aliqn int
ponent delectationes musicales
que sūt licite et honeste Tangit
aūt phs multas rōnes in pol' p
quas posset ondi q filios nobi
liū decet addiscere musicā sed de hꝭ
forte infra tangetur Quīta sciencia
libe͞ralis dē esse arismetica docēs
ꝓporcōm rerū et nūm ad quā
forte filii nobiliū ul' liberorū
ideo tradebantur qa sine ea musi
ca pfecte sciri nō pt Sexta sciā
liberalis est geometria q docet
cognoscere mensuras et qntites rerū
ad hāc aūt forte filii nobiliū ita
tradebantur qa sine ea astronomia
que est de qntitate astrū et de
distancia siderū et de cursu eorū
pfecte sciri nō pt Septīa sciā
libe͞ralis dē esse astronomia circa
qᵃ forte antiquꝰ filii nobiliū
ideo insudabant qa gentiles circa
iudicia astrū nimis erāt curiosi
Nunqꝫ enī volebāt bella inchoare
nec aliq opa incipere ni ɔsiderato
gradu ascendente et inspecta co
dicion celi Et quia hoc p astronoiā
cognoscitur ideo filii liberorū et nobi
liū volebāt in astronomias instrui
Si ergo antiq de liberālibꝰ senserūt
et has septē artes nimiū extollebāt
vm tn̄ plures alie sūt sciē longe
nobiliores istis Nam nāles phia
docēs cognoscere nās rerū longe
melior est qᵃ aliq pdictarū sed
hoc nō declarare patitur pscruta
pns q est dēt esse grossa et figurāl
Rursus methaphisica q nō
huāno p huānitꝫ rōnes tractat
iusticias de deo et de substanciis
separatis longe melior et nobilior
est qᵃ nālis phia et eē qᵃ aliqua
pdictarū de qua phs aut pᵒ methe
q nulla est nobilior ul' dignior ipā

qd' intelligendu est d' scientiis
humanitus inuentis int' quas metha
p'matu tenet Amplius theolo
gia que est de deo et d' angelis
no mo humano sed diuino et non
p humana inuentionem sed magis p
inspiratom diuinam loqr et in
coparabilit nobilior et dignior est oi
bus aliis Addhuc qdz moales
scie ut ethica q est d' regimie sui
et yconomia q est d' regimie fa
milie et politica q est d' regi ne
ciuitatis et regni q valde sunt vti
les et necessarie filiis liberorum
et nobilium imo ut in psequendo
patebit filii nobilium et maxime
filii regum et pncipum si uelint poli
tice viue et velint alios gubnare
et rege maxie circa has dent
insiste Sunt aut et alie scie
subalterne et supposite istis ut
pspectiua q est d' visu est sub
geometria Medicina vo est sub
nali phia leges et iura q sunt
d' actibus hoim sunt sub politica q
e d' regimie ciuitatum Nam et ali
bi nos dixisse meminimus oms
legiste sunt quasi qda le ydiote
politici Nam sicut layci et vol
gares qa arguunt et formant
rones suas p modum arguendi
non docet dyaletica ideo ypi q
no arguunt artificialit et dya
letice appellant a pho ydiote
dyaletici sic legiste quia ea d'
quibus est politica dicunt narra
tiue et sine rone put appellari
ydiote politici Ex hoc aut pate
pt qnto magis honorandi sunt
scientes politica et morales
scientias q scientes leges et iura
Nam qnto scientes et dicentes cau
sam dicti honorabilioes sunt loqn
tibus no reddentibus causa dicti
tanto tales honorabilioes sunt illis
Ex hoc enim appare pt q scientes
magis sunt honorandi Nam p°
honorandi sunt diuini et scientes
theologiam Quia sicut deus ipse
est deus oim entium sic theolo
gia q pncipalit est d' deo est et
ipa diua oim humanarum scientiarum
post theologos vo magis hono
randi sunt metha qa ut supra
dicebat int' scias humanitus inue
tas metha p'matu tenet pos
hos aut honorari dent nales
phi qa nalis phia licet sit infa
metha tenet tn p'matum ul'
pncipatum int' oms alias scientias
inuentas ab hoie Sic go scientes g
datim sunt honorandi His ergo
scientiis d'lcui pate pt circa quas
scientias filii nobilium et maxie
regum et pncipum dent insudare
Nam cu ozt eos ee qsi semideos
debite et absq negligentia nego
tiis regni intende no vacat eis
subtiles scias pscrutari Maxie
igit' ipos decet bene se habere
circa diuina et esse instructos et fir
mos in fide illas scias scire p
quas quis se et alios nouit re
ge et gubnae huius aut sunt
scie moales Alias go scias in
tm decet eos scire inqntum d'seruit
moali negotio Decet igit' eos
scire gramatica ut intelligant ydi
oma latinum Sz q ydioma
tu moalis scie q alie latialiu tra
dunt imo scdm gramatica nunq
d'seruit negotio moali Decet re
ges et pncipes scire latinum ydioma
ut possint secreta sua aliis scri
bere et lege absq aliorum satu
Filii go nobilium qnturi inte
dunt esse milites et vacare ne
gotio politico dent insudare
ut sciant ydioma latinum debet
et aliqd addiscere d' dyaletica et
rhetorica ut ex hoc subtilioes
fiant ad intelligendum queuis p
posita quo facto totum suum inge
nium dent exponere ut bene in
telligant moalia et ut sciant
se et alios defendere et regere
Nam et d' musica scdm phm in
pol' eos scire decet inqntum d'seruit
ad bonos mores Sic igit' moale
negotium scire expedit ab his qui

cupiunt principari et si omnes alias scientias ignorarent adhuc studere deberent ut eis moralia vulgariter et grosse proponerent quia per ea princeps sufficienter instruitur qualiter debeat principari et quomodo se et alios inducere debeat ad virtutes. Capitulum

ix. Qualis debet esse magister qui filiis nobilium et maxime regum et principum est preponendus

Philosophus circa finem tertii ethicorum concupiscibilem seu sensibilitatem assimilat puero et rationem assimilat pedagogo. Sicut ergo concupiscibilis indiget ratione dirigente et regulante sic puer indiget magistro et pedagogo quare semper ratio deprecatur ad optima in eodem primo ethicorum dicitur sic et magister puerorum semper debet eos ad optima instigare. Si ergo in doctrina puerorum est finis intentus instigatio ad optima quia ex fine accipienda est ratio omnium aliorum Talis querendus est magister qui posset iuvenes sibi commissos ad optima inducere. Optimum autem et bonum ad quod inducendi sunt iuvenes est duplex scientia scilicet ad mores. Ad bonos autem mores inducit aliquis dupliciter exemplo per bonitatem vite et verbo per monitiones debitas. Quantum scilicet ad presens spectat. Magister puerorum nobilium et maxime regum et principum tria in se debet habere. Debet enim esse sciens in speculabilibus prudens in agibilibus bonus in vita. Ad hoc autem quod sit sciens in speculabilibus tria requiruntur quod sit in se inventivus secundo quod intelligat aliorum dicta tertio quod sit iudicativus tam de inventis quam de his que ab aliis intellexit. Inventivus enim esse debet quia qui nullo modo scit aliquid invenire sed novit aliorum dicta referre magis est recitator quam doctor. Debet ergo ipsum esse inventivum. Sed debet ipsum esse intelligentem et perspicacem. Nam sicut nullus bene et perfecte sibi sufficit in vita. Sed ad hoc quod habeamus in vita sufficientiam oportet nos in societate vivere et ita ut per auxilia aliorum subveniat nobis ad indigentiam vite sic et forte multo multoque magis ut patet per philosophum ii metaphysice. Nullus sibi sufficit in speculando sed semper posteriores philosophi ex dictis priorum habuerunt iuvamenta et auxilia. Non ergo sufficit ad perfectionem scientie quod aliquis sit inventivus ex se sed quod sit perspicax et intelligens aliorum dicta. Tertio oportet ipsum esse iudicativum Nam perfectio scientie potissime in iudicio consistit. Non enim satis est dicta aliorum intelligere et de se multa invenire nisi tam de intellectis quam de inventis noverit iudicare que sunt reprobanda et que respuenda. Quantum ergo ad scientiam talis debet queri doctor qui sit inventivus de se intelligens aliorum et bene iudicativus tam de inventis quam de intellectis. Nam et dato quod filii nobilium et maxime regum et principum nollent omnino ad profunditatem scientie ingredi sed sufficiat eis aliqua de his cognoscere. Nichilominus tamen doctorem bene scientem debent querere eo quod doctrina prudentium est facilis Et qui clare intelligit clare loquitur. Illa ergo modica que scire cupiunt facilius clarius et rectius intelligent a sciente quam ab insciente. Viso qualis debet esse doctor et quomodo debet esse sciens ut doctor sit in scientia. Restat videre qualiter debet esse prudens in agibilibus ut instruat in bonis moribus. Ad huius autem prudentiam dilatandam licet enumerare possemus omnia illa virtutis que in primo libro de prudentia tetigimus sufficiat tamen ad presens minora de illis enumerare. Doctor ergo puerorum nobilium debet esse sic prudens in agibilibus ut sit memor providus cautus et circumspectus. Debet enim esse memor recolendo preterita Nam sicut volens rectificare virgam eam numquam rectificare posset nisi cognosceret ex qua parte esset

obliqua sit volens alios rectificare
numquam eos quasi rectificare posset
nisi haberet preteritorum noticiam per quam
cognosceret quomodo obliquati essent.
Decet ergo aliorum doctorem esse me-
morem preteritorum. Secundo decet ipsum esse
providum futurorum. Nam sicut aliorum
director debet cogitare preterita ut
sciat quomodo per ipsa preterita obliquati
fuerunt qui ab eo sunt dirigendi sic
debet providere futura ut adhibeant
medicamenta ad ea que in posterum
facilius oblique fieri possunt. Tertio decet
ipsum esse cautum quia ut in primo libro
tetigimus sicut in tractando et
speculando est adhibenda cautela
ne manifesta falsa admisceantur
veris. Sic et in agendis contingit
hominem esse cautum ne mala ad-
misceantur bonis. Quedam enim
secundum se mala superficietenus con-
siderata apparent bona sicut quedam
falsa apparent vera. quare sicut
doctorem in speculabilibus sic de-
cet esse diligentem et cautum ut
proponat suis auditoribus vera sine
admixtione falsorum sic qui vult
iuvenes dirigere debet esse cautus
proponens eis bona sine admixtione
malorum. Quarto huiusmodi doctor
debet esse circumspectus vel expertus. Nam
experti est particularia cognoscere. sic
et huiusmodi doctor debet cognoscere parti-
culares conditiones illorum iuvenum
quos debet dirigere. Nam secundum quod iuvenes
habent alias et alias conditiones
ut sunt proni ad alia et ad alia sic
sunt aliter et aliter instruendi. Talis
ergo debet esse doctor iuvenum ut
eos per debitos sermones et per debi-
tas monitiones inducat ad bonum.
Ultimo quia ad bonum quis inducitur
non solum monitionibus vel correctionibus
sed et operibus et exemplis, restat
quod huiusmodi doctor sit in vita bonus
et honestus. Nam quia etas iuveni-
lis valde est prona ad intemperantiam
et lasciviam quantumcumque preceptorum doctor
eis bona verba proponet sed statim
opere contraria faciet iuvenes illi

eius exemplo inducti statim ad illi-
cita declinarent. Patet igitur qualem
querendum esse doctorem quia quantum ad
scientiam sillabilem sit inventus ex se
intellectus aliorum indicatus tam
intellectorum quam inventorum. Quantum
vero ad prudentiam agibilium decet ipsum
esse memorem providum cautum et cir-
cumspectum. Quantum autem ad vitam decet
ipsum esse honestum et bonum. Si ergo
reges et principes et universaliter omnes
solicitantur qualem preponant suis
numismatibus possessionibus et
rebus inanimatis quia secundum philosophum primo
politicorum semper de animatis est amplior
cura habenda quam de inanimatis et de fi-
liis quam de aliis valde debent esse
soliciti et cum magna diligentia
attendere qualem magistrum preponant
in regimine filiorum.

Capitulum x Qualiter circa loquelam visum et auditum instruendi sint iuvenes

Circa finem vii politicorum docet
philosophus iuvenes cohibendos
esse circa locutionem visionem
et auditum. Non enim decet pueros
qualitercumque loqui nec decet eos quali-
tercumque videre nec qualitercumque audire. sed
in ibi modus aliquis adhibendus
circa locutionem. Quidam iuvenes
tripliciter peccare videntur. Primo quia de
facili loquuntur lasciva. Secundo quia
de levi loquuntur falsa. Tertio quia ut
plurimum loquuntur fatua et inpremedi-
tata. Loquuntur enim de levi lasciva
quia ut supra in primo libro dicebatur
iuvenes sunt insecutores passionum
et ad lasciviam proni. quare cum semper
sit adhibenda cautela ubi periculum
imminet cohibendi sunt iuvenes
a locutione lasciva a sermonibus
turpibus et sunt increpandi et etiam
corrigendi si eos talia contingeret
loqui. Ratio autem quare sunt a
sermonibus turpibus cohibendi est
secundum philosophum quia ex talibus locu-
tionibus de facili ad opera turpia
inclinamur. Turpis enim locutio turpium
facit in nobis memoriam
delectabilium illicitorum et facta

nr̃a auget concupiscẽtia ĩta vero
illa concupiscentia augmentata faciliꝰ
inclinam̃ ab ipa. Propt̃ hoc bn̄
dcm̄ est q corrũpũt bonos moẽs
colloquia praua. Cohibẽdi
g̃o et corrigẽdi iuuenes sunt
ne loqunt̃ lasciuia. Scd̃o cohibendi
et corrigẽdi sũt ne loquunt̃ falsa.
Nam ut supiꝰ diximꝰ iuuenes
sũt d' facili mẽtitiui. Cũ g̃o co
suetudo sit quasi alt'a nr̃a ex quo
iuuenilis etas inclinat eos ad
dicendũ falsũ et mẽdaciũ et
scd̃m phm̃ iiii° eth̃ est p se prauũ
et fugiendũ p debitas monitões
et correctiões. Inducẽdi sũt ne
relinquẽtes mẽdaciũ adheant ui
tati que scd̃m phm̃ in eod̃ iiii°
eth̃ est p se bona et laudabilis.
Tercio cohibendi sũt ne absq̃ p̃me
ditacõn loqunt̃. Nam iuuenes sit
inexpti et pauca cogueꝛũt. Q̃a
g̃o pauca cogitãt ad pauca res
pĩcietes enũciãt facile enĩ enũ
ciãt et cito enũciãt et debilit'
q̃re monẽdi sũt ne ad interroga
ta stati rñdeant. Licet enĩ
nullꝰ repẽte sit sumꝰ et iuue
nes nõ stati pñt esse pfti et
ꝓdẽtes tñ si assuefiãt ut p̃medi
tati rñdeant. Et ut p̃cogitent
in sermonibꝰ pferẽdis ꝓ sucessiõm
tẽpis disponent ut pferãt s'mo
nes irreprehensibiles. Viso quõ
pedagogi et doctoẽs iuuenũ de
bet eos instruẽ quõ se hẽant ad
loq̃lam. Restat vidẽ quõ sint
instruẽndi ut se hẽant circa visũ.
In visiõn aũtẽ iuuenũ duplex
cautela est adhibenda. Primo
q̃ntũ ad visibilia. Scd̃o q̃ntũ ad mo
dũ uidendi. Q̃ntũ ad visibilia
q̃ q̃a sicut nõ dec̃ eos turpia loq̃ sic
indecẽs ẽ eos turpia vidẽ. Huiꝰ aũt
rõ assignat̃ a pho vii° eth̃ ubi
ait q oĩa p̃ma amamꝰ ppt' qd
oꝛt ab ipis iuuenibꝰ elõnca fa
cẽ quecũq̃ sũt turpia et q̃cũq̃ infe
ctiõm hñt q̃a q̃ p° aspiciunt̃ et
cũ maiori ad mirãtiõn vident̃

q̃re cũ magis sumꝰ attenti circa
illa et ꝓ cõns ea magis me
morit' retinemꝰ. Iuuenes g̃
q̃a eis q̃si oĩa sũt noua maiori
ardoẽ feruunt̃ in ea q̃ vident
q̃re si cõtingat eos vidẽ turpia
magis recordant̃ d' illis et
ꝓ cõns inclinãt̃ ad concupiscendũ
ea. Vñ phs phibet ut nõ solũ
phibeant̃ iuuenes ad videndũ
turpia in re et in picturis ul' in
imaginibꝰ ut si mulieres essẽt
depicte ul' sculpte nõ essẽt iuu
enibꝰ ostendende. Nam satis
